

**Carmina Lugubria In Obitum vere beatum ... Viri Dn. Joachimi Kleinschmidii,  
Consulis in urbe patria Rostochiensi, dum vivebat, spectatissimi, dignissimi,  
Cum is 14. Octobr. denatus 20. eiusdem honorifice terrae mandaretur**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771554451>

Druck    Freier  Zugang



Varenius, A.,

in J. Kleinschmidt.

R. 1652.







# CARMINA LUGUBRIA

I N

Obitum verē beatum

Amplissimi, Consultissimi ac Prudentissimi

V I R · I

DN. JOACHIMI  
KLEINSCHMIDII,  
Consulis in urbe patriâ Rosto-  
chiensi, dum vivebat, spectatissimi,

dignissimi,

Cum is 14. Octobr. denatus 20. ejusdem  
honorifice terre mandaretur,  
conscripta

Dnn. Professoribus, verbi divini Mini-  
nistris, alijsq; Amicis.



ROSTOCHII,  
Literis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. LII.

**Ad p. defundum DN. JOACHIMUM**  
**KLEINSCHMIDÆ / Consulem.**

**S**ic virtute Crucis Christi, defunere surgis!  
Æterni solis jam tibi, conse, nitent.

quod gratulatur

**Augustinus Vareninus SS. Th. D. Hebraic.**  
**Prof. & Univ. Rost. Rector.**

Defunctus loquitur.

**P**lurima me passum certamina tristia, noscūs,  
Non quia peccator solum & unus eram.  
Exemplum fuerat venturi fleibile dandum,  
Judicij, o sapias, mens scelerata, tibi.  
Nunc ego sum curis & durâ mole levatus:  
Te Te, peccator, vox, RESIPISC E, vocat!

Scrib.

**Hermannus Schuckman/**  
**Theol. D. & P.**

**D**icit ad infernum DEUS atq; reducit eundem,  
Quem morti dedit, hunc vivificare potest;  
Testis KLEINSCHMIDIUS nulli Virtute secundus,  
Ergo homo confide & disce timere DEUM;

*Test. ovum ad L. M. Q. f.*

**Casp. Mauritus Th. D.**  
**P. P. & Eccles.**

**K**leinschmidius patria quondam pars optima mundum  
Linquit, & ad patriæ calicem regna redit.  
Quem cura patria, quemq; obserat ormina pridem  
Torquebant, felix triste relinquit onus.

*Nunc*

63

*Nunc èalo fruitur , Patria nunc limina latue  
inerat & in solo mens orat ipsa D E O .  
Consulis officio non uno præfuit anno ,  
Ad cali subiug gaudia Consul abit .  
Mens exempla malis Deo conjuncta triumphet ,  
Interea relevet tristia corda D E U S ,*

Johannes Corfinius Th. D.  
Past. Mar. & P. P.

---

**E**NSCHARFENBERGUM sequitur KLEIN-  
SCHMIDIUS. Unus  
Post alium mortis cogitur ire viam .  
Ad gelidum properant mortalia corpora bustum :  
Interea perdit Curia nostra Viros .  
Consilium migrat : dum prudens unus & alter  
C O N S U L it ad plures , Labitur Urbis honos .  
Ast qui cuncta potest , antiquum , quæso , vigorem .  
Restituat roseis , consiliumq ; viris .  
Ut bene res urbis curent , ut ritè gubernent ,  
Utq ; sibi constent curia , templa , scholæ .  
Hoc opus , hic labor est . Animam , quam celsa recepit .  
Arx cæli , minimè pondera tanta premunt .  
Libera sed curis sanctum videt illa Jehovam ,  
Et laudat Christum perpetue voce suum .

Henricus Rahne / J. D. & Prof.

---

**E**ximum donum est , mens sana in corpore sano ,  
Quid si animi maror tristis , corpusq ; maligno  
Perfusum succo , tenebris involverit atris  
Sincerum mentis Lumen , radiosq ; serenos ,  
Et frustra medicam , frustra imploraveris artem ,  
Quid superest mortem præterquam optare beatam ?

A 2

Sapius

Sapius optasti mortem, semperq; beatam;  
Gratulor annueris rato quod Gratia Jovae  
debitæ Condolentiaæ arrestandæ Causa scripsi.

Joachimus Stockman Med. D. & Prof,  
Reip. Rost. Patriæ Phys.

**S**i vitæ probitas, si crux onerosa propinquum  
Denotat afflictis cordibus esse Deum,  
In eœlis regnoq; Dei Vir candide stabis  
Præ multis aliis tu meliore loco.

Stephanus Schultetus,  
Med. D. & P. P;

Pf. 86. v. II.  
Luc. 10.  
v. 14.

**T**urgide, mitte tuos mores, nil gloria mundi,  
Hoc unumq; rene; disce timere Deum.

A. Kirchberg D.

**S**i cui nostra fuit verè RESPUBLICA curæ  
Et si quo sedem pectori Candor habet;  
Hoc KLEINSCHMIDADI deberi nobile famæ  
Elogium, Civis, qui sapit, omnis ait.  
Blanditias fugit rabido cane pejus & angue:  
Nec palpo fallax, nec simulator era.  
Dicite nunc, tantas virtutes quotquot amatis,  
Spiritus astracolat, molliter ossa cubent.

A. Tscherningius.

**V**ix ullam PATRIÆ reputans superesse medelam,  
Vix factus CONSUL, summè interger, optimus ille  
Klein Schmidt, ECCE, artem Medicorum respuit omnem  
Et toties sibi de revocata morte triumphat.

ODEUS

ODE US in PATRI AMPereunte flecte benignè  
Constantes oculos, atq; OMNI Atristia tolle!

Où μὴν θεοῖς εὐχαριστοῦ, ἀλλ' ὅταν θεοῖς  
χειρῶν τέ, εἶπε μηδὲ τέττα εὐχῆς λαβεῖν.

Melius, beatis Dn. Affinis manibus posuit

M. Bernhardus Taddel, Gr. Lit. P. P.

---

Vix abiere decem menses, quum Consulis ampli  
Elatum funus Republica civica luget.  
Ac Scharfenbergum sibi contristatur ad meum!  
Nec coit hoc vulnus! Successor Consulis hujus  
Dignus, KLEINSMIDUS, Vir servantissimus aequi,  
Vir pius & doctus nunc funere mergitur aero,  
Cen folia hiberno tremefacta cadunt Aquilonem.

Scilicet hora ruit; mutantur flamine Syrtes  
Incerto; nobis incognita retia tendit  
Mors; in nos Saranas minime componit inanes  
Insidias. Felix qui volvit postuma mente!  
Et Tu parce DEUS; nec post, I, persecute כבָתִין Amos  
Dic, ut sublimi postes cum vertice nutent! IX.

Debitæ condolentia ergo fragilit. humane memor

L. M. Q. scribep.

M. Christianus Arndius  
Log. Professor.

---

Velscier O utinam potuisset longius aura,  
Qui plures annos degere dignus erat,  
Namque decus cecidit nostri columnæq; laboris,  
Eheu! Occupavit, quem super astra ferant.

A 3

Nos

Nos querimur variæ propter ludibria sortis ;  
Ille suum cantat perpetæ voce Deum.

f.  
*M. Michael Cobabus P.P.*  
& Rector Schola Opp.

**C**uria consilii, Urbs robore, quid à Pierare  
Hoc viguit Templum (quonunc absconditur umbra)  
TE vivo KLEINSCHMID. Tu magnum religionis  
Hic Exemplar eras : Testor suffragia Vulgi,  
Testor Prudentes ; qui mecum sic lacrymantur :  
Hunc lugere Virum vos mania, curia, templum !

Qui in vulneribus Jesu Christi æternam Defuncto  
quietem opto, haec lugens appono

*M. Bernb. Gosman, P.P.*

**S**iccinè KLEINSCHMIDI Patriæ suspiria, luctus,  
Siccinè ploratus intereundo paris ?  
Heu nos ! heu miseros, quos Tu Patrone relinquis,  
Maxima spes nobis funere rapta tuo !  
Ah querimur, mœsti trahimus suspiria cordis  
Signa, fluant lacrymæ more cadentis aquæ !  
Ah gemimus, nitido ceu Phœbus lumine terras  
Lustret, Atlantæis ceu lavet ora vadis !  
Sed nihil est lacrymas, nihil est fudisse querelas ;  
Dulcia et tranquillis sociæ rebus agis !  
In caelo & casus post eorū sine fine triumfas,  
Victor ut oppressis hostibus acer o'vat !  
Ergò vale multum cœlestibus addite turmis.  
Nec non viue tuo non moriture Deos

*M. Johannes Rantzeler*  
Pastor Eccl. ad S. Petrum,  
Lu.

**L**uctatus graviter, tandem super omnia Victor,  
Kleinschmidi, Cupidus cœlica regna petis.  
Ergo modum lachrimis pertristes ponite Amici,  
In eœlis etenim conspiciendus erit.

Condolenia ergo scribeb.

**M. Rembertus Sandhagen**  
ad D. Nic. V. D.M.

**C**orporis à vincis cupio disolvier : Esse  
Cum Christo : Kleinschmid dicere Tu solitus :  
En tua vota DEILS devoti pectoris audit,  
Dum Te sub leges mors vocat atra ditz,  
In Christo moreris, demortuus usibus ævi,  
Cum Christo ut capias gaudia multa tuo.  
Nos memores mortis memorandæ, sponte seqvemur  
Vespera cum venit deficiente die.

**M. Johannes Harberding**  
in æde S.S. Eccl.

**N**unc satis expertus furiarum nobile Consul  
Terribiles morsus, tristia fata subis.  
Tristia fata quidem mundo, pretiosa sed illi,  
Qui sibi mirificat dedita corda, Doo.  
Quisquis es ô viridi ligno hæc si fata, memento  
Arida qui queris excutienda siet!

**M. Enochus Svantenius Rost. ad D. Jac. Eccl.**

**D**ie thränen voller Angst / die Scuffzer mannigfalt /  
Die Wangen bleich als Schnee / die trauwige Gestale /  
Ihr überbliebene die schweren nassen Flagen  
Dass sie nicht virechte sind / muss billich jeder sagen.  
Das Haupte ist von euch hinn / sein Leib hier für Euch liege /  
Doch freuet euch mit ihm / sein Seel hat obgesiegt /  
Sein Geist ist Kerker los / vnd Himmel aufzegangen /  
**D**! darnach er auch hat getragen lengst Verlangen /  
Was ist die Sterblichkeit? Es ist nur schwere Müh'  
Hein/lauter Elend/Angst/vnd Sorge spät vnd früh'.

Dagegen

Dagegen lauter Freud in jenem Stand wir sehen/  
Vor dem/der mit von hin zum Freuden Saal mach geh'en.  
Aus mitleidenden Herzen setzt dieses

Joachimus Lindemann/  
Prediger zu St Peter.

**N**on ita qua pridem substrata Columna Roseto  
Quarta fait, rigidâ nunc cadi icta nece.  
Est gravis hic ictus, quem non hic percutit ictus,  
Caucasus hunc horrens & genuere tigres.

M. P. Amselius.

**T**andem, post varios casus, post mille dolores  
Fati diem extremum occupat CONSUL sui.  
Lustra Hominum heic sortem. Doctrinam, Pectus, Honores  
Fortuna flebili rotat semper modo.  
Dicere num quenquam fas est, dum vescitur aurâ  
Æthereâ, dum fungiturq; legibus  
Naturæ, verè FELICE M, ac usq; BEATUM?  
Quantis in orbe periculis distrahitur!  
Vivimus; at vitam per cuncta extrema reducti  
Heu! Ducimus. vivamq; mortem vivimus.  
Fide Tuis annis, animo? nihil ista. recedunt,  
Qui stat, suos firmet gradus prece, ne cadat.  
Vicit KLEINS CHMIDIUS! superat, latusq; triumphat,  
Grataq; voce reppedit melos suum:  
Rebus in Angustia una est Medicina; JEHOVAE  
Cor Patrum, verax os & potens manus.

Debitæ Condol, caussa scr.  
M. Gregorius Michael,

**C**onsul, quem sibi permultos Rosa viderat annos  
Rectrem, clausit lumina fessa pie.  
Disce mori, qvivivis, Homo, quo vivere possis  
Cum Christo in virtute, qvæ sine fine manet.

Cass. Lud. Melbach/ S.S. Theol. Studiosus.

• 6(0) •









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771554451/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771554451/phys_0016)



**O D E U S** in **P A T R I A M** pereuntem flette benigne  
Constantes oculos, atq; O M I N A tristia tolle!

Où μὴ τρεπέντες ἔχοντες, ἀλλὰ οὐτε τρεπέντες  
τεττυγόντες, εἴτε μηδὲ τέττας ἔχοντες λαβεῖν.

Mæstus, beatis Dn. Affinis manibus po-

**M. Bernhardus Taddel, Gr. L.**

**V**ix abierte decem menses, qvum Consulis ampli  
Elatum funus Republica civica luget,  
Ac Scharfenbergum sibi contristatur adentum!  
Nec coit hoc vulnus! Successor Consulis hujus  
Dignus, KLEINSMIDUS, Vir servantisimus equi,  
Vir pius & doctus nunc funere mergitur aero,  
Ceu folia hiberno tremefacta cadunt Aquilone.

Scilicet hora ruit; mutantur flamme Syrtes  
Incerto; nobis incognita retia tendit  
Mors; in nos Saranas minimè componit inanes  
Insidias. Felix qui volvit postuma mente!  
**כְּבָרוּ** At Tu parce DEUS; nec post, I, percutere  
Dic, ut sublimi postes cum vertice nutent!

Debitæ condolentiaz ergo fragilit. humanae me  
L. M. Q. scribebat.

**M. Christianus**  
Log. Prof.

**V**escier O utinam potuisset longius aura,  
Qui plures annos degere dignus erat  
Namque decus cecidit nostri conuenienti; labor  
Eheu! Occupuit, quem super astra ferax

A 3

